



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XV. De testamentis clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

multitudine præbendarum Canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum: eorum, qui ecclesiis digne valeant deferuire, volumus ecclesiasticis beneficiis indigentiam subleuari. Præterea, quia in tantum quorundam laicorum processit audacia, vt episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituunt in ecclesiis, & remoueant etiam cum voluerint; possessiones quoque, atque alia bona ecclesiastica, pro sua plerumque voluntate distribuunt, & tam ecclesias ipsas quam earum homines, talliis, & exactionibus præsumant grauare: eos qui amodo ista commiserint, anathemate decernimus feriendos; presbyter autem siue clericus, qui ecclesiam per laicos sine proprii episcopi auctoritate receperit tenendam, communionem priuetur: & si perstiterit, a ministerio ecclesiastico & ordine deponatur. Sane quia laici quidam ecclesiasticas personas & ipsos etiam episcopos suo iudicio stare compellunt, eos qui de cetero id præsumperint, a communionem fidelium decernimus segregandos. Prohibemus etiam ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & ecclesiæ non * tradiderit, Christiana sepultura priuetur.

XV.

Cum in officiis caritatis illis primo teneamur obnoxii, a quibus nos beneficium cognoscimus accepisse; e contrario ecclesiastici quidam clerici, cum ab ecclesiis suis multa bona perceperint, bona

ANNO
CARISTI
1179* reddi-
deus.

ANNO
CHRISTI
1179

per ecclesias acquisita, in alios vsus præsumant transferre. Hoc igitur quia & antiquis Canonibus constat inhibitum, nos etiam nihilo minus inhibemus. Indemnitati itaque ecclesiarum providere volentes, siue intestati decesserint, siue aliis conferre voluerint, penes ecclesias eadem bona præcipimus remanere. Præterea quoniam quidam in quibusdam partibus sub precio statuuntur, qui decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate episcopalem iurisdictionem exercent, præsentis decreto statuimus, vt qui de cetero id præsumpserit, officio suo priuetur, & episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat.

XVI.

Cum in cunctis ecclesiis, quod pluribus, & senioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat obseruari: graue nimis, & reprehensione est dignum, quod * quarumdam ecclesiarum pauci quandoque non tam de ratione, quam de propria voluntate ordinationem * multoties impediunt, & ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt. Quocirca præsentis decreto statuimus, vt nisi a paucioribus & inferioribus aliquid * rationale fuerit ostensum, appellatione remota, semper præualeat, & suum consequatur effectum, quod a maiori, & * seniori parte * capituli fuerit constitutum. Nec nostram constitutionem impediat, si forte aliquis ad conseruandam ecclesiæ suæ consuetudinem iuramento se dicat adstrictum: non enim dicenda sunt iuramenta, sed potius periuria, quæ contra vtilitatem ecclesiasticam, & sanctorum pa-

* per
quasdam
ecclesias

* multo-
rum

*rationa-
biliter
obiectū
fuerit &
ostensum
appella-
tione re-
mota,
* seniori
* Conci-
lii